

convalidata pure dal sentimento di diversi Autori citati quivi dal Ferraris. Non credendosi adunque l'Oratore autorizzato a separare interamente l'Ordinazione de' Minori da quella de' Maggiori, il che l'esimerebbe dalle pene, ed incomodi, che soffre nell'ordinare tanti individui, supplica umilmente l'Eminenze Loro Rme a permettergli di eseguire le due separate Ordinazioni nel modo sopraindicato, tanto piu che in questa Diocesi nelle Ordinazioni de' quattro Tempi mancano talora i Chierici da promuoversi a qualche Ordine o maggiore, o minore, e cosi non può dirsi in tali casi Ordinazione generale.

Che della grazia ec.

Quibus precibus fideliter de more per subscriptum Secretarium relatis in Ordinario Coetu ad Vaticanum hodierna die coadunato S. C. rescripsit: „Expositis in circumstantiis Orator servare poterit, quae praescribuntur in Rubrica Pont. Rom., nimirum: Quatuor minores Ordines dari possunt extra Missarum Solemnia diebus Dom. et Festis dupl., sed in mane tantum.“

Atque ita rescripsit. n. 5003.

Die 7. Decbr. 1844.

Claremonten.

Quum diversae opiniones circumferantur in Concilio Claremontensi circa haec verba Pontificalis Romani: *Minores Ordines possunt conferri in Dominicis et Festis duplicibus*: dum alii contendunt per Festa duplicia ea tantum intelligi, quae a populo feriantur, alii autem sustinent intelligi omnia duplicia sive a populo feriantur sive non, asserentes non distinguendum ubi lex non distinguit, ad certam in re legem stabiliendam, Sacrorum Rituum Congregationi humillimae datae sunt preces, ut suam sententiam edicere dignaretur.

Et S. eadem C. respondendum censuit: „Minores Ordines conferri possunt in Festis de praecepto vel in Festis duplicibus, quae erant de praecepto ante reductionem.“

Die 16. Martii 1833. n. 4708.

Potalegren.

(Conc. Tr. C. 8. S. 23. De ref.)

Episcopus Potalegren. in relatione status suae Ecclesiae ad Sedem Apostolicam transmissa refert, quod a tempore immemorabili Episcopi regni Lusitaniae consueverunt suis subditis conferre primam clericalem Tonsuram et Ordines minores die Veneris post prandium ante diem Sabbati quatuor temporum; cumque quaerat: an collatio primae Tonsurae et minorum hoc modo facta licite facta dici valeat? proposita fuit ejus instantia inter summaria precum et die 2. Decembris anni praeteriti dictum fuit: quod proponeretur in folio.

Quoad primam Tonsuram nulla videtur esse difficultas, quin eadem conferri possit ante diem Sabbati quatuor temporum et post prandium: in Pontificali etenim Romano titulo de Clerico faciendo sic legitur: *Clericus fieri potest etiam extra Missarum solemnia quocunque die et loco*; et ad rem prosequuntur *Fagnan.* in cap.: de eo num. 4. de tempor. Ordinat.; *Anaclet.* ad eundem titulum §. 2. num. 30.

Quoad minores Ordines Alexander PP. III. in allegato cap.: de eo de tempor. Ordinat. statuit, quod extra jejunia quatuor temporum possint Episcopi Dominicis aut aliis festis diebus unum aut duos ad minores Ordines promovere; et in Pontificali Romano tit.: „de minoribus Ordinibus“ sic legitur: *quatuor minores Ordines dari possunt extra Missarum solemnia*

diebus Dominicis et festis duplicibus, sed in mane tantum.

In quo rerum statu nemo non videt permissum de jure non esse conferre Ordines Minores die Veneris post prandium ante diem Sabbati Quatuor Temporum.

At difficultas est in consuetudine et praesertim immemorabili, uti asseritur ab Episcopo.

Admittitur a Doctoribus hujus consuetudinis validitas et subsistentia, asseruntque eam non esse reprobendam in locis, in quibus a tempore antiquo est introducta et praesertim cum dies Sabbati conseatur incipere a Vesperis feriae sextae, nec ulla adsit necessitas, quod Minores Ordines conferantur sub Missae Sacrificio vel ut Ordinans jejunos sit. *Enriquez* in Summo lib. 10. cap. 12. §. 2., *Gobat.* tract. 8. theolog. experiment. n. 452., *Layman.* in cap. de eo n. 4. de tempor. Ordinat. et lib. 5. Theolog. Moral. tract. 9. cap. 8. n. 1., *Pirigh.* ad dictum titulum Decretal. de tempor. Ordinat. sect. prima §. 9. sub n. 77., *Leander Oper.* Moral. tom 1. disput. 11. de tempor. Ordinat. quaest. 6., ubi, quod haec est praxis Hispaniarum, *Juvenim.* de Sacram. quaest. 8. de Ritibus Sacram. Ordinis cap. 2. in fine, ubi, quod haec est praxis Galliarum.

Alii praedictam referunt consuetudinem sed dicunt eam sibi non placere utpote contrariam Pontificali Romano, *Ricc.* in praxi variar. resolut. 273. n. 1., *Ventrigl.* in praxi rerum ecclesiasticarum parte prima ad not. 44. §. unico n. 7.

Fagnanus in cap. de eo n. 31. et seqq. de tempor. Ordinat. distinguit inter publicam ordinationem sive generalem et ordinationem privatam, quae fit in Capella vel in secreta Sacristia concurrente aliqua necessitate vel utilitate Ecclesiae et quoad primam Ordinationem dicit, eam esse illicitam,

si fiat die Veneris, non obstante consuetudine, et e contra licitam esse secundam ordinationem, si pro ea stet consuetudo, et deinde n. 40. concludit, quod, licet haec opinio sit vera, expediret nihilominus ut consuetudo aboleretur.

His stantibus dignabuntur EE. VV. decernere: *An supposita consuetudine immemorabili licitum sit conferre primam tonsuram et Minores Ordines feria sexta post prandium ante diem Sabbati quatuor temporum?*

S. C. C. resp.: Affirmative quoad primam tonsuram et quoad caeteros minores Ordines consuetudinem immemorabilem tollerari posse, sed expediat, quod Episcopus se conformet Pontificali romano tit.: De minoribus Ordinibus.

Die 16. Mart. et 13. Apr. 1720.

Ad dubium: Quum in Pontificali Romano titulo de Ordinationibus habeatur „Minores Ordines possunt dari singulis Dominicis et festis diebus duplicibus“, quaeritur: an verba festis diebus duplicibus intelligenda sint pro Festis de praecepto strictim servandis?

Et S. eadem C. ... respondendum censuit:

„Affirmative.“

Atque ita rescripsit die 23. Maji 1835. n. 4751 ad 4.

De Ord. Minor. cf.: *Ministrantes*; *Ostiararius*; *Rocchettum* (vestis etc.)

ORDO

incedendi in processionib.

Vd.: *Canonici* (ordo inced.); *Processio* (Clerus etc.).

OREMUS.

(Inclinatio capitis.)

Vd.: *Instructio Clem.* §. XXIV. n. 22.)

servandum esse Caeremon. Lib. II. c. LVII. n. 2. et 3. tam celebrante Canonico quam ipso Praeposito. n. 2384 die 27. Novb. 1666.

Celebrans acceptis cineribus sine osculo manus Episcopi revertitur ad suum locum.

Caer. Ep. I. II. c. XVIII. n. 9.

d) Episcopi.

I. In Aspersorio porrigendo et incenso.

In benedictione incensi vel aspersorii porrectione Canonici etc. manum Episcopi deosculari debent. n. 1602 ad 2 die 23. Jan. 1649.

Celebraturus accedit ad Episcopum assistentem (in aspers. aquae bened. in dominicis), cui aspersorium osculatum et osculo manus porrigit; ipse vero Episcopus primo seipsum, dein Sacerdotem celebr. . . . asperget et statim eidem reddit aspersorium, qui primo manum deinde illud osculatur.

Caer. Ep. I. II. c. XXXI. n. 3.
Vd.: *Osculum* (modus.).

II. In Communione.

Quando Praeses aut Governator etc. accipiat s. Communionem, manum Archiepiscopi vel Episcopi ante illam osculabitur.

Caer. Ep. I. III. c. VI. n. 1.

Si aliquis Praelatus, non tamen Episcopus consecratus, vellet communicare, debet ante communionem osculari manum Episcopi celebrantis et sumpta communionem faciem et idem omnes Canonici parati observabunt. Reliqui omnes tam de clero quam de populo et etiam Magistratus, osculantur manum Episcopi tantum ante communionem.

Caer. Ep. I. II. c. XXIX. n. 5. Fer. V. in Coena Dom. Diaconus et Subd. as-

sistentes et caeteri Canonici parati faciem celebrantis Episcopi non osculantur. *Ibid.* c. XXIII. n. 6.

III. A Concionatore fac.

Si Sermo habendus sit per *Canonicum*, suo tempore ibit ad osculum manus Episcopi et ab eo profunde *inclinatos**) petet benedictionem et Indulgentias.

Caer. Ep. I. II. c. VIII. n. 51.

Vd.: *Indulg. Concionat.*

IV. A Diacono et Subd. facienda.

Vd.: *Oscul. man. Ep.* (lecta Epist., in commun.); *Planeta plicata Diaconi et Subdiaconi* (Quando dep.); *Oscul.* (in Parasceve.)

V. Lecta Epistola.

Subdiaconus cantata Epistola osculetur manum Episcopi assistentis, si adsit in sede propria, alias celebrantis n. 5004 ad 2 die 7. Decb. 1844.

Cantata Epistola Subdiaconus inclinatus porrigit Episcopo librum clausum super ejus genibus et manum dexteram illius super libro positam reverenter osculatur.

Caer. Ep. I. II. c. VIII. n. 40.;
Instr. Clem. §. XXX. n. 14.

Vd.: *Oscul. manus* (in Parasc.); *Planeta plic. Diac. et Subd. in missa pont.* (Quando depon.) Subdiaconus cantata Epistola in *missa defunct. non osculetur* manum Episcopi.

Caer. Ep. I. II. c. XI. n. 5.

Vd.: *Oscul. manus Ep.* (in missa de requ.)

VI. Lecta Lectione et Prophetia.

Dicto: *Tu autem Domine etc.* post lectionem (in Matut. sol. cantando) et facta reverentia Episcopo Canonici

*) Si Concionator non est Canonicus genuflexus petit benedictionem.

revertitur ad locum suum *absque osculo* manus Episcopi.

Caer. Ep. I. II. c. V. n. 6.

Cantata Prophetia accedit, qui cantavit, ad osculandum manum Episcopi.

Ibid. c. XXVII. n. 13.

Finata prophetia accedet, qui illam cantavit, ad osculandum manum Episcopi assistentis.

Ibid. c. XXVIII. n. 5.

VII. In Ordinatione.

Vd.: *Evangel.* (oscul. Episc. in Ordin.)

VIII. In Ordinat. ad Presbyt.

Vd.: *Ordinat. ad Presbyt.*

IX. In Patena et calice porrigendo.

Mox Diaconus patenam cum hostia ad manus Episcopi cum osculo porrigit. . . . Diaconus porrigit Episcopo celebranti calicem cum osculo calicis et manus . . .

Caer. Ep. I. II. c. VIII. n. 61. 63.

Diaconus remoto velo ex patena illam capit de manu Subdiaconi, quam abstergit, osculatur et cum manus osculo porrigit Episcopo.

Ibid. n. 73.

Cf.: *Patena; Oscul.* (in Parasc.)

X. In Palma, candela etc. porrigenda.

Vd.: *Purificat. B. V. M.* (Modus etc.; Quis porrigit?); *Oscul. manus Celebrantis* (In distrib. etc.).

XI. In Passione cant.

Vd.: *Passio* (cantor.).

7) In Missa de Requiem.

Ministri aliquid dantes vel ministrantes Episcopo in tota Missa pro Def. nunquam ejus manum aut rem osculantur.

Caer. Ep. I. II. c. XI. n. 5.

Cf.: *Oscul. man. Ep.* (lecta Epist.); *Oscul. Missalis ab Episcopo.*

Diaconus offert librum ad altare (*in missa def.*), statim sine osculo manus Episcopi dicit *Munda cor etc.* *Ibid.* n. 6. In missis def. deosculatio omittitur. *Ibid.* I. I. c. XVIII. n. 16.

8) Missalis ab Episcopo.

a. In Missa sol. et priv.

Subdiaconus Episcopo, cum (*facta confessione*) supremum altaris gradum ascenderit, adjuvante presbytero assistente, porrigit osculandum librum Evangeliorum apertum, ubi est principium Evangelii illius missae.

Caer. Ep. I. I. c. X. n. 2.

Finato Evangelio Subdiaconus nulla facta reverentia portat librum apertum in folio, ubi est principium Evangelii cantati, et illum offert osculandum Episcopo, nulla ei facta reverentia nisi postea libro clauso.

Caer. Ep. I. II. c. VIII. n. 46.

Cf.: *Evangel.*; *Episcop. assistent.* (Evang.); *Oscul. Missal. a Laicis.*

Finato Evangelio Episcopus in locis *suae jurisd. Missam audiens* iterum genuflectit et defertur ei liber Evang. deosculandus per Capellanum cotta indutum, qui Missae assistit. Et si forte simul cum Episcopo adessent alii Praelati exteri seu etiam ipso majores, liber Evang. dabitur osculandus semper majori seu digniori omnium et si essent plures aequales, nulli ipsorum, nec ipse Celebrans deosculatur.

Caer. Ep. I. I. c. XXX. n. 1. 3.

Finata Confessione Episcopus ascendens ad altare, . . . cum dicit: *Quorum reliquiae etc.* positus hinc inde super altari manibus extensis osculatur illud in medio . . . et statim ambabus manibus, tangens librum Evangel. sibi a Subdiacono a sinistris stante oblatum

in folio Evang. currentis illum osculatur adjuvante presbytero assistente.

Caer. Ep. I. II. c. VIII. n. 33.

b. In Missa de Requ. et in Parasc.

Cf.: *Oscul. man. Ep.* (in missa de Requ.)

Episcopus (assist.) non osculatur textum Evang. in Parasceve.

Caer. Ep. I. II. c. XXVI. n. 2.

Episcopus accedet ad altare finita confessione (in missa defunct.) et non osculabitur librum sed altare tantum.

Caer. Ep. I. II. c. XI. n. 4.

Finito Evangelio Episcopus non osculabitur librum.

Ibid. n. 6.

c. Missalis a Laicis.

Liber Evangelii celebrante Episcopo nulli etiam magno principi aut praelato missae privatae praesenti datur osculandus post lectum Evangelium, sed si adesset aliquis maximus princeps vel Cardinalis, cui liber Evangelii osculandus porrigendus esset, non utique liber Evangelii, quo utitur Episcopus, sed alius liber consimilis illi porrigatur.

Caer. Ep. I. I. c. XXIX. n. 9.

Cf.: *Evang.*

9) Modus osculandi.

Quoties aliquid offertur Episcopo, Celebranti aut Legato, qui rei divinae intersint, ac etiam cum aliquid ab eis recipitur, toties osculanda est res, quae offertur, ac deinde manus recipientis et cum ab eisdem aliquid recipimus, primo manus deinde res, quae recipitur.

Caer. Ep. I. I. c. XVIII. n. 16.

Vd.: *Oscul. parament.*; *Purificat. B. M. V.* (Modus etc.; Quis porrigit. etc.); *Oscul. manus Ep.* (In Aspers. etc.); *Thus* (Modus etc.); *Navicula*; *Ordinatio ad Presbyt.* (Osculum.)

10) Paramentorum

(Episcopi).

Primo offerunt (Diaconus et Subd.) Episcopo *amictum* osculandum in medio, ubi est designata parva crux, quam in parte prius osculatur etiam Diaconus.

Caer. Ep. I. II. c. VIII. n. 12.

Diaconus sumpta *cruce pectorali* eamque etiam in parte prius osculatam ipsi Episcopo osculandam praebet. *Stolam* deinde etiam in parte deosculatam Episcopo deosculandam offert.

Ibid. n. 14.

Demum (imposita mitra) imponitur per presbyterum assist. *annulus pontif.* annulari digito dexteræ manus Episcopi, annulo prius et manu postea deosculatis.

Ibid. n. 22.

11) In Parasceve.

Unus ex Beneficiatis cotta indutus dicit primam prophetiam in loco, ubi legitur epistola et sine osculo manus Episcopi.

Finita Epistola Subdiaconus absque osculo manus Episcopi resumit planetam.

Caer. Ep. I. II. c. XXV. n. 12 et 15.

Vd.: *Planeta plic. Diaconi et Subd.* etc. (Quando dep.); *Passio* (Cantor).

Finito Evangelio (in Parasc.) Diaconus cum aliis, qui secum erant, factis debitis *reverentiis*, revertantur ad loca sua.

Ibid. n. 19.

Episcopus non recipit osculum manus ab aliquo nec ipse osculatur textum Evangelii (in Parasc.).

Ibid. §. XXVI. n. 2.

Celebrans extrahit (in Parasc.) *SSmum* de calice et ponit super patenam, quam Diaconus sine osculo offert Celebranti.

Ibid. n. 18.

12) Coram SSmo exposito.

I. Omittendum.

Vd.: *Instr. Cl. §. XIX. n. 11., 13., 20.; §. XXIV. n. 17.; §. XXX. n. 8., 21., 28.*

Episcopus (Fer. V. Coena D. SSmo in altari remanente) ad sedem stans ponit incensum absque bened. et sine osculo manus Episcopi. — Diaconus stans offert Episcopo genuflexo *SSmum* sine osculo. — Diaconus recipiet *SSmum* sine osculo manus Episcopi.

Caer. Ep. I. II. c. XXIII. n. 11—13.

Vd.: *SS. Sacram.* (Quis porrig.)

Finita missa in festo SS. Corp. Chr. (SSmo patente super altare) Episcopus imponit thus ministrante presbytero assistente absque osculo manus et cochlearis.

Ibid. c. XXXIII. n. 19.

Quando ipsum *solum* *SSmum* sit thurificandum, nunquam debet ab Episcopo neque ab alio thus benedici, sed simpliciter poni in thuribulum et porrigitur sine osculatione manus Episcopi.

Ibid. I. I. c. XXIII. c. 18.

II. Non Omittendum.

Vd.: *Instructio Clem. §. XXX. n. 14.*

OSTENSORIUM.

1) Benedictio.

Vd.: *Bened.* (suppell.)

2) Forma, Origo.

Vd.: *Instr. Clem. §. V. n. 7—14; Origo: Ibid. §. XXXVI. n. 9 etc.; Crux in Ostensorio*, vd.: *Rosarium B. V. M.* (ritus; decr. n. 5112); *Velum super Ostensorium.*

3) Quis et quo modo porrig. Celebr. et recipit?

Permittendum non est tradi Ostensorium a Magistro Caeremoniarum in manus Canonici impertituri benedic-

tionem cum SSmo. n. 4434 ad 3 die 27. Maii 1788.

Vd.: *Diaconi ass.* (porrig. *SSmum*, nota); *Instructio Clem. §. XIX. n. 14; §. XXIV. n. 1 etc. 5 (recipit Diac.)*

4) Quando defert. in processione?

Vd.: *Instructio Clem. §. XIX. n. 14.*

OSTIARIATUS.

Claves.

Cf.: *Ordines Minores.*

Ad dubium: Quando Ostiarius, Archidiacono comitante, claudit et aperit fores Ecclesiae, debetne claudere et aperire etiam cum Clavi, praesertim si in foribus Oratorii, ubi confertur Ordo, non adsit Clavis?

S. C. resp.:

„Non est stricte necessarium.“

N. 4669 ad 5 die 12. Novb. 1831.

Ad dubium: In Ordinatione Pontifex tradit Ostiariis *claves Ecclesiae*. In Oratorio, seu Ecclesia, quae unam tantum habeat clavem, haec una clavis estne sufficiens pro materia remota Ostiariatus?

Et S. eadem R. C. ... respondendum censuit, ut infra sequitur, videlicet:

Quamvis una clavis esse possit materia sufficiens pro Ordinatione Ostiarii, servandam tamen esse Rubricam, quae praecipit *claves esse tradendas*, quae sive argenteae sint sive ferreae sive lignae, dummodo aptae sint ad aperiendum, constituunt materiam remotam hujus Ordinis.“

Atque ita statuit et decrevit die 11. Martii 1820. n. 4565 ad 7. 1mo.

NOTA GARDELLINI AD HOC DECRETUM:

Tam clare et dilucide suum pro veritate super hoc quaesito et duobus

ORGANUM.

1) In Accessu et recessu Episcopi ab Eccles.

In festis solemnibus pulsantur organa in accessu Episcopi ad Ecclesiam. *Caer. Ep. l. I. c. XV. n. 4.*

Quotiescunque Episcopus sol. celebraturus aut missae solemniter per alium celebrandae in festis solemnioribus interfuturus Ecclesiam ingreditur, aut re divina peracta discedit, convenit pulsari organum, nisi celebretur pro Defunctis vel in diebus ferialibus. Idem fit in ingressu Legati apostol., Cardinalis, Archiep. aut alterius Episcopi, quem Episcopus Dioecesanus honorare voluerit, donec praedicti oraverint et res divina sit inchoanda.

Ibid. c. XXVIII. n. 3. 4.; c. XV. n. 4.

Ibunt omnes, qui Concilio intersunt, ad Ecclesiam, Organo pulsato.

Ibid. l. I. c. XXXI. 12.

2) In Adventu et Quadragesima.

In Dominica 3. Adventus et 4. Quadragesimae pulsanda sunt Organa in missa et utrisque Vesperis. n. 2656 ad 8 die 16. Sept. 1673.

Cum tempore Adventus non nisi in sola Dominica tertia et Quadrages. tempore in sola dom. quarta permisum sit, ut Organa pulsantur, quaeritur: an pulsari debeant in missa solemnitate an vero in omnibus aliis divinis Officiis seu horis canonicis, quae tum in Metropol. tum in aliis Collegiatis Ecclesiis cantari solent?

S. C. resp.: Organa in praedictis Dominicis pulsari debere in missa sol. et in vespere tantum, non autem in aliis horis canonicis. n. 3905 ad 3 die 2. Apr. 1718.

Ad dubium: Organa debentne silere Dominicis Septuag., Sexag. et Quinquag.?

S. C. resp.: Organa non silent, quando Ministri altaris, Diaconus scilicet et Subd., utuntur in missa Dalmatica et Tunicella, licet color sit violaceus. n. 4119 ad 9 die 2. Sept. 1741.

Ad dubium: Decreta sinunt ut pulsantur Organa in Dominicis 3. Adv. et 4. Quadrages., quod certe vetitum reperitur in *Caer. Ep. l. I. c. 28. n. 2.* Quid agendum?

S. C. resp.: Servetur consuetudo. n. 4859 ad 10 die 3. Aug. 1839*.)

Ad dubium: An tolerari possit usus, ut tempore S. Adv. et Quadrages. in Dominicis ad Missas solennes et Vesperas pulsantur Organa?

Et S. eadem C. ... rescripsit:

„Quoad Organi sonitum strictim servandam esse Caereconialis dispositionem, non obstante consuetudine.“

N. 5118 ad 1 die 11. Sept. 1847.

Ad dubium: An servari possit asserita consuetudo pulsandi organum tempore Quadr., Adventus et vigil., in missis vot. B. V. M., quae singulis Sabb. solemniter celebrantur et in ejusdem Litaniis, quae post Vesperas cantantur?

S. C. resp.: Affirmative et amplius. Die 14. Apr. 1753 ad 4.

*) Auctor hujus dubii errat; *Caer. Ep.* permittit org. in his dominicis. Ipse intelligat Lector:

Inter eas dominicas (in quibus pulsatur organum) non connumerantur Dominicae Adventus et Quadrages., *excepta* Dom. 3. Adv. et 4. Quadrages., sed in missa tantum; item exceptis festis et feriis infra Adv. aut Quadrages. occurrentibus, quae cum solemnitate celebrantur, ut die ss. Mathiae, Thomae Aqu., Gregorii M., Josephi, Annunt. et similibus; item in Coena Dom. ad Missam tantum et Sabb. s. ad Missam et ad Vesp. et quaecumque occurreret celebrari sol. et cum laetitia pro aliqua re gravi. *Caer. Ep. l. I. c. XXVIII. n. 2.*

Ad dubium: An liceat in Dominicis S. Adv. et Quadrages. pulsare Organa in Missis solemnibus, praeter Dominicas a Rubrica exceptas? et quatenus hic usus in aliqua Eccl. vigeat, an sit eliminandus?

S. eadem C. ... respondendum censuit:

„Abusum esse eliminandum.“

Atque ita rescripsit ac servari mandavit.

N. 5126 ad 2 die 22. Julii 1848.

3) Ad benedictionem cum SSmo.

Vd.: *Instructio Clement. §. XXXI. n. 12.; Bened. cum SSmo* (Nihil interim. etc.); *Benedictio SS. Sacram.* (cantus vet. etc. decr. n. 4697.).

4) In Dominicis et Festis.

In omnibus Dominicis et Festis per annum occurrentibus, in quibus populi a servilibus operibus abstinere solent, decet in Ecclesia Organum et musicorum cantus adhiberi.

Caer. Ep. l. I. c. XXVIII. n. 1. Vd.: Organ. in Adventu etc. (nota.)

5) Ad Gloria.

Vd.: *Gloria* (Celebrans intonat etc.); *Organ. in missa sol.*

Ad Gloria in excelsis etc. omnes sedent, usquequo per chorum perficiatur hymnus cum Organo.

Caer. Ep. l. II. c. VIII. n. 39.

6) Ad „Ite Missa est.“

Ad dubium: An retinenda vel potius eliminanda sit consuetudo pulsandi tantum Organum ad respondendum, dum in Missa cantatur *Ite Missa est*?

S. eadem C. ... respondendum censuit:

„Servari posse.“

Atque ita rescribere rata est et declarare.

N. 5102 ad 6 die 11. Sept. 1847.

7) In Litaniis.

Vd.: *Organ.* (In missis vot.)

8) In Matutinis, Vesperis etc.

In Matutinis, quae sol. celebrantur in festis majoribus, possunt pulsari organa prout et in Vesperis, a principio ipsorum. Regulare est, sive in Vesp. sive in Matut. sive in Missa, ut primus versus canticorum et Hymnorum et pariter versus Hymnorum, in quibus genuflectendum est, qualis est Vers. *Te ergo etc., Tantum ergo etc.*, quando ipsum SSmum est super altari, et similes cantentur a choro in tono intelligibili non autem ab Organo; sic etiam Vers. *Glor. Patri etc.* etiamsi Vers. immediate praecedens fuerit a choro pariter decantatus; idem servatur in ultimis versibus Hymnorum.

In aliis autem horis canonicis, quae in choro recitantur, non est consuetum interponere organum; sed si in aliquibus locis consuetum esset organa pulsari etiam inter horas canonicas aut aliquas earum, ut est hora Tertia, praesertim quando cantatur, dum Episcopus sol. celebraturus capit s. paramenta, poterit talis consuetudo servari, sed advertendum erit, ut, quaecumque per organum figuratur aliquid cantari seu responderi alternatim versiculis Hymnorum aut Canticorum, ab aliquo de choro intelligibili voce pronuncietur id, quod ab organo respondendum est. Et laudabile esset, ut aliquis Cantor conjunctim cum organo voce clara idem cantaret.

In Vesperis sol. organum pulsari solet in fine cujuslibet psalmi et alternatim in versiculis Hymni et Cantici *Magnif.*, servatis tamen regulis supra-

dictis. *Caer. Ep. l. I. c. XXVIII. n. 5-8.*

Ad Canticum *Nunc dimittis etc.* non pulsatur organum, nisi forte in aliquibus Ecclesiis hujusmodi hora (Complet.) solemniter celebrari aliquando consueverit, quo casu organum adhiberi poterit, juxta normam superius traditam. *Ibid. l. II. c. IV. n. 3.*

Ad Hymnum *Nunc sancte etc. in Tertia* organum intermisceri poterit secundum regulam de organo traditam. *Ibid. c. VIII. n. 5.*

Chorus admoneatur, ut psalmos *Tertiae* lente prosequatur, interposito etiam, si opus videbitur, post quemlibet psalmum organi sonitu. *Ibid. n. 8.*

Intonato Hymno *Te Deum* chorus illum prosequatur, cui et organum intermisceri poterit cum regula superius tradita. *Ibid. l. II. c. V. n. 9.*

Organum ad Hymnum et Cant. *Benedictus* et in fine psalmorum (*Laudum*) poterit adhiberi modo superius tradito. *Ibid. c. VII. 4.*

9) In Missa de Pass. Dom.

In Missa de Passione Dom. quoad Organum conformandum est cum ritu Dominicæ de Passione, cum participet in titulo et sacramento mortis Jesu Christi. n. 2859 ad 9 die 12. Mart. 1678.

10) In Missa de Requiem.

Organum posse permitti in Missis de Req., sed sono quodam moesto et lugubri, etiam in Ecclesia Savonen., non obstante prohibitione Ordinarii. n. 807 die 31. Mart. 1629.

Vd.: *Missa (Abbrev.); Vox submissa.*

In missis et Officiis Defunct. nec organo nec musica, quam figuratam vocant, ulimur sed cantu firmo. *Caer. Ep. l. I. c. XXVIII. n. 13.*

11) In Missa de Rogationibus.

Ad dubium: In missis Rogationum possuntne pulsari organa?

S. C. resp.: Servetur consuetudo. n. 4859 ad 9 die 3. Aug. 1839.

12) In Missis solem.

In Missa solem. pulsatur organum alternatim, cum dicitur *Kyrie et Gloria etc.* in principio missae; finita Epistola, ad Offert., ad Sanctus etc. alternatim; dum elevatur SSmum graviore et dulciori sono; ad Agnus Dei alternatim; in Versiculo ante Orationem post Communionem ac in fine missae. Sed cum dicitur *Symbolum* in missa, non est intermiscendum organum, sed illud per chororum cantu intelligibili proferatur.

Caer. Ep. l. I. c. XXVIII. n. 9. 10. Cf.: *Organ. ad Gloria.* Dum elevatur SSmum silet chorus et cum aliis adorat. Organum vero, si habetur, cum omni tunc melodia et gravitate pulsandum est. *Caer. Ep. l. II. c. VIII. n. 70.*

13) In missis votivis.

Servari potest asserta consuetudo (Cathedr. Conimbricen.) pulsandi Organum tempore Quadragesimæ, Adventus et Vigiliar. in missis vot. B. V. M., quæ singulis Sabb. sol. celebrantur et in ejusdem Litaniis, quæ post Vesperas cantantur. n. 4233 ad 4 die 14. Apr. 1753.

Vd.: *Missa (Abbrev.). Vox submissa.*

14) Modus pulsandi.

Vd.: *Musica (alteratio etc. — ultim. decret.); Organ. in Matut. etc.*

15) In Sabbato sancto.

Non prohiberi pulsare organum in Sabb. s. ad tempus Offertorii, quamquam non dicitur in Missa. n. 2859 ad 11 die 12. Mart. 1678.

Vd.: *Organ. in Adv. etc. (nota.)*

16) Usus licitus et illicitus.

Vd.: *Musica (Alteratio etc. — decr. Bened. XIV.); Organ. (ad Matut.; in missa sol. etc.)*

OSCULUM.

1) Annuli Pontificalis.

Vd.: *Oscul. param.*

2) Altaris in commun. fidelium.

Ad dubium: Utrum in Communione Fidelium extra Missam Sacerdos, antequam Populo benedicat, osculari debeat Altare, ut præcipit Pontificale Romanum de Visitatione, vel non, ut Rituale Romanum innuere videtur?

Et Sacra Congregatio rescribendum censuit:

„Servetur Dispositio Ritualis Romani nihil præscribens.“

Atque ita respondit ac servari mandavit die 16. Martii 1833 n. 4707.

3) Crucis pectoralis.

Vd.: *Usus Pontifical. (decr. n. 4640 nota); Oscul. param.*

4) Evangelii.

Vd.: *Evangelium; Oscul. Missalis.*

5) Faciei Episcopi.

Vd.: *Oscul. man. Episcopi (In Commun.).*

6) Manus.

a) Celebrantis.

Vd.: *Osculum (cor. exp. SSmo non omitend.); Incensum.*

Canonicus Patriarchalium Urbis Diaconi munus exercens in missa solemniter post petitam benedictionem Evangelii tenetur osculari manus Celebrantis, etiamsi ipse Celebrans non sit Canonicus, neque in aliqua alia ecclesia-

stica Dignitate constitutus. n. 3216 die 22. Apr. 1690

Celebrante Canonico Cathedr. Diaconus itidem Canonicus, porrigendo Cochlear, patenam, calicem, tenetur osculari manus celebrantis. n. 4536 ad 5 die 4. Junii 1817.

NOTA GARDELL. AD HOC DECRETUM:

Clara est Rubrica de Missa solemniter tit. 10. n. 4. nec non Caeremonial. Episcop. lib. 1. cap. 18. Nulla quippe fit distinctio inter Canonicos, Beneficiatos ac simplices Presbyteros. Cujusque namque ordinis hi sint ac quicumque dignitate fulgentes, si ministrant in Ordine diaconali vel subdiaconali, debent manus Celebrantis osculari, toties quoties præscriptus ritus id exigit, quia tunc non attenditur personae dignitas sed qualitas ministerii. Id adeo verum est, ut rogata S. haec C.: An Canonicus Patriarchalium Urbis, Diaconi munus exercens in Missa solemniter, post petitam benedictionem Evangelii, teneatur osculari manus Celebrantis, etiamsi ipse Celebrans non sit Canonicus, neque in aliqua ecclesiastica dignitate constitutus?, die 23. Apr. 1690 respondit: Teneri. Quid plura quaerimus, ut concludi debeat Canonicum in officio Diaconi ministrantem teneri osculari manus Canonici celebrantis?

b) In Communione.

Non licet Archipresbytero in administrando populis SS. Sacramento manus porrigere osculandam. n. 2008 die 22. Novb. 1659.

Vd.: *Osc. manus Episcopi.*

c) In distributione candel. etc.

Cf.: *Purificat. B. V. M. (Osculum candelae etc.; Quis porrigit etc.?)*

In distributione candelarum et palmarum quoad deosculationem manuum